



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.l.], 1579

VD16 V 541

De Ecclesiis Aedificandis vel reparandis. Titulus XLVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

modum ieiunandi secundum Pontificum institutum
Canonibus traditur, scilicet, c. soler, de consecrat.
dist. 1. & tot. tit. hoc, de obseruat. ieiuniorum.

Qui Effectus?

Humilitas, continentia, & castitas. Nam, ut dicit
Augustinus, purgat animam, mentem subleuat,
propriam carnem spiritui subijcit, cor facit con-
tritum, & humiliatum, concupiscentia nebulas
dispergit, libidinum ardores extinguit, castita-
tis vero lumen accendit.

DE PURIFICATIONE POST
partum.

Titulus XLVII.

*An mulier post partum aditum arceatur ab
ecclesia ingressu?*

LEge Mosaica, mulier, post partum, iudicaba-
tur immunda: ideo pariens masculum, usque
ad 40. foeminam autem si pareret, usque ad 80. dies
ab ingressu templi arcebatur. Hodie vero, cum
ymbra legis euauerit, veritasque Euangelij illu-
xerit: si mulieres post partum editum, actus gra-
tias Deo, ecclesiam intrare voluerint, ne poena
illis in culpam conuerti videatur, nullus mulie-
ribus ad ecclesiam se conferre volentibus, adi-
tus praeccludi debet, c. volens, extr. eod.

DE ECCLESIIS AEDIFICAN-
dis vel reparandis.

Titulus XLVIII.

An noua ecclesia extrui possint? Et quae requirantur?

Non tantum ecclesiae ruinam minantes ex fa-

brica, alijsq; contributionibus reparari, verum etiam, iusta causa urgente, è fundamentis nouæ extrui debent: Aded, vt nec obstante iuramento de rebus ecclesiæ non alienandis, Episcopus ecclesias & oratoria ob iustam causam ædificare possit, c. fin. extr. eod. Sunt autem iustæ causæ: 1. Populi incrementum, d. c. fin. extr. eod. & c. felix, 15. quæst. 1. 2. Nimia distantia ecclesiæ. Nã vtriusq; Alexander III. propter nimiam distantiam ecclesiæ, potest noua ecclesia, certa portione de antiqua sibi assignata in ipsius parochia extrui, c. ad audientiam, extr. eod. 3. Qualitas temporis, c. & temporis qualitas, 16. quæst. 1. 4. Pietatis ratio, ob morbum contagiosum: vnde leprosis vnâ habitantibus ecclesiam vel oratorium ædificare permittitur, c. 2. extr. eod.

DE IMMUNITATE ECCLESIA-
rum, cœmeterij, & rerum ad eas
pertinentium.

Titulus XLIX.

Continuatio.

Ecclésijs, religiosis domibus, eorundemq; rebus & ministris, immunitates tam Imperialibus cõstitutionibus, quàm Pontificũ decretis, sũt concessæ. Quibus ab omni onere, exactio- num & collectarũ solutiõne religionis fauore liberãtur.

Quid est Immunitas?

Immunitas est, ab onere vel munere in fauorem alicuius concessa liberatio, toto tit. ff. de iure immun.

Vnde